

# RATHERII

ROMAM EUNTIS

## ITINERARIUM <sup>(1016)</sup>

407 Nosse fraternitatem non ignoro, filii, vestram, me pergere cupere præsentialiter Romam, sed cujus rei gratia [subaudi cupiam pergere], esse prorsus ignaram. Non enim orationis causa illuc vado, cum in Evangelio legam : *Mulier, crede mihi, quia venit hora, cum neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem (Joan. iv, 21)*; subjuncto : *Spiritus est Deus, et eos, qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare (Ibid., 24)* : quod utique domi potest quisque peragere. Non imperiali, quia imperatum est minime, jussu [subaudi illuc vado] : milites solum ut mitterem meos, ab eo cum (1017) mihi sit imperatum. (1018) Non, bonum quid sit Deoque placitum, ut ibidem addiscam ; cum sæpius hoc tempore cantatum agnoscam : *Indicabo tibi, homo, quid sit bonum, aut quid Dominus requirat a te : facere judicium et justitiam, et sollicitum ambulare cum Deo tuo (Mich. vi, 8)*, non solum utique cum Romam vadimus, 438 sed et ubicunque consistimus [al., existimus]. Cum Deo namque semper ambulat, qui a præceptis ipsius nusquam deviando discordat. Quod (1019) sollicitius agere quili-

(1016) Hoc *Itinerarium Ratherii Romam pergentis* a Fulcuino laudatum cap. 24, editum fuit ab Acherio ex codice Laudunensi. Frisingense exemplar nobis subsidio fuit. Tempus tres caractères figunt. Verba numeri primi, *Quod modo ex Evangelio Petro et Andreæ audistis ita suasum : Venite post me* : Evangelium indicant, quod in S. Andreæ festo legitur. Adverbium autem *modo* hæc scripta testatur ipso S. Andreæ die, aut incunte Decembri. Decembri vero anni 966 hæc convenire duo certum efficiunt, Joannis pontificis mentio, et Romanum concilium Ottone I præsentate celebrandum. Dum enim Joannem pontificem memorat num. 2, exploratum est sermonem non esse de Joanne XII, ut nonnulli putarunt; hunc enim, cujus præcepto fuerat rostitutus, jam vita functum indicat num. 4 scribens, se *restitutum præcepto Apostoli, qui tunc Romanæ præerat sedi*. De Joanne autem XIII Ratherium loqui certius fiet ex dicendis not. 1025. Porro concilio Romæ cogendo Ottonem imperatorem, qui in Italiam venerat, cum episcopis adfuturum Ratherius non dubitat. *Concilium, inquit, num. 1, tantorum qui conductu piissimi Cæsaris illuc ad apostolicam sedem sunt venturi, adire dispono*. Et num. 3, *sapientissimos enim tam de isto regno, id est Italico, quam et de his, Germanis scilicet episcopis, qui cum Domino nostro venerunt semper Augusto, illic adfuturos cognosco*. Otto Joanne XIII pontifice in Italiam venit post Augustum anni 966; Romam vero profectus sub ejusdem anni finem, natalitia festa ibidem celebravit. Concilium tandem Romæ habitum fuisse initio anni sequentis, cui idem imperator cum episcopis tum Italis, tum Germanis interfuit, liquet ex privilegio ejusdem im-

bet monetur, hoc est, ut serviat illi in timore, et exsultet ei cum tremore (*Psal. II, 11*). In peccatoris namque, ut ait Gregorius, pectore incessanter debet spes et formido manere. Judicium vero quid est facere, nisi quod lex præcipit observare? Quod fuit utique, quod modo ex Evangelio Petro et Andreæ audistis ita suasum : *Venite post me (Matth. iv, 19)*. Hæc est enim lex et prophetæ, ut post Christum omni tempore debeamus cogitando, loquendo, operando venire. Justitia vero quam facere suademur, quæ est, nisi juris, hoc est legis status? Sed cujus legis? Christi utique. Factam vero quomodo implemus? *Alter, atterius, ait qui noverat, onera portate, et sic adimplebitis legem Christi (Gal. vi, 2)*. Quod est autem onus unicuique gravius, quam cum quis ignorantia premitur eorum, quæ illum scire oportuerat amplius? Eam igitur cum non implere 439 nisi inchoatam, inchoare vero nisi agnitam valeamus, (1020) quasi discordare vero in pluribus, dum non intelligitur, videamus; ut et me eodem fasce levare, et vobis inde utcunque concurrere, quod portare dicit Apostolus, valeam, concilium tantorum qui

peratoris in favorem monasterii Sublacensis dato III Idus Januarii anni 967, quod a Maratorio editum est tom. V *Antiquit. Italic.* dissert. 65, et a canonico Garampio recusum ex schedis Dominici Georgii in libro inscripto *De nummo argenteo Benedicti III*, pag. 169. *Itinerarium* igitur, quod sub initium Decembris Joanne XIII pontifice post Ottonis I adventum in Italiam, et ante hocce concilium Ratherius lucubravisset, assignandum est incuntes Decembri an. 966.

(1017) Vulg., *hoc sit*, Correctionem præbuit codex Frisingensis. Cum Otto I anno 966 in Italiam venisset, ut rebellionem contra Joannem XIII Romæ excitatam compesceret; hac forte de causa milites, qui ab ipsis episcopis uti imperii vassalis petebantur, Ratherium mittere jussit. Hinc etiam in sermone de Maria et Martha hoc eodem anno post festum Assumptionis B. Mariæ virginis habito num. 4. ait : *Milites quando etiam meos ad prælium ob Cæsaris cogo præceptum*.

(1018) Contræ : *Non (vado illuc) ut addiscam ibidem, quid sit bonum et placitum Deo*.

(1019) Sic cod. Frising. melius, quam in vulgatis sollicitus.

(1020) Dissidium respicit cum suis clericis, quibus videbatur lex quasi disco dare in pluribus, dum illam non intelligebant; illi enim quædam licere putabant, quæ Ratherius vetabat uti illicita. Mox *fasce pro onere*, uti apud Virgilium in *Bucolica*, *Ecloga, ix, v, 69*.

. . . . . Ego hoc te fasce levabo.

conductu pissimi Cæsaris illuc ad apostolicam sunt A  
sedem venturi, adire dispono; indagare primitus  
illa studens, quæ quasi (1021) dissona sunt prolata.  
ad quam perducere valeant concordiam. Ut cum verbi  
gratia in Apostolorum legatur canonibus: (1022) *Ut  
episcopus aut presbyter uxorem suam, quam debet  
caste regere, non relinquat*; in Nicæno tam rigide  
prolatum cernamus concilio (cap. III): *Interdicit per  
omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero,  
non diacono, nec alicui omnino, qui in clero est licere  
subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem,  
aut sororem, aut amitam, aut eas tantum personas,  
quæ suspiciones effugiunt*. Et cum canones dicant,  
quod si qui excommunicatis communicat, sit ex-  
communicatus pariter ipse (conc. Cæsarang. c. 5;  
Carth. II, c. 7, etc.); Augustinus vero quiddam quasi B  
contrarium Classicianocuidam excommunicato man-  
daverit (Aug., epist., 250, Auxilio, et fragm. Classic.);  
cum neminem nostratum de excommunicatione cu-  
juslibet nostrum videam curare, justa sit an injusta;  
non ignarus tamen penitus quid inde beatus dicat  
Gregorius (ep. 26 lib. III), (1023) cum illo sancto  
agere cupio libenter inde concilio.

2. De subjunctis hic quoque capitulis pene ubique  
(paucissimis nisi) posthabitis, quid ipse sacer con-  
ventus censeat, indagare percipio. (1024). Quæ uti-  
que, dum interdicto dicentis. *Qui sine peccato est  
vestrum, primus in illam lapidem mittat* (Joan. VIII, 7);  
et: *Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo*  
(Luc. VI, 32); quilibet quod in se recognoscit, in  
alio timet corrigere; 440 canones vero tanta aucto-  
ritate præcipiant, non inemendata relinqui; me, qui C

(1021) Ita cod. Frising. In vulg., male *disponere*  
pro *dissona* editum erat. Construe: *Studens primitus  
indagare, ad quam concordiam perducere valeant, illa  
quæ prolata sunt quasi dissona*.

(1022) Est titulus canonis festo apostolorum  
præfixus a Dionysio Exiguo, ubi *caste* legitur cum  
ms. Frisingensi, non vero *castam*, ut apud Ache-  
rium.

(1023) Construe: *Inde, id est de hac re libenter  
cupio agere cum illo sancto concilio*, quod scilicet  
Romæ cogendum dixerat. Sic etiam Augustinus in  
fragmento epistolæ ad Classicianum subjecto epi-  
istolæ 250 de quæstione quæ versabatur: *Et in con-  
cilio nostro, inquit, agere cupio, et si opus fuerit, ad  
sedem apostolicam scribere*. Hic autem Ratherius  
indicat, se in concilio agere velle de mulierositate  
clericorum, ob quam forte aliquem excommunican-  
dum putavit. De mulierositate quidem actum fuit  
anno sequenti in synodo Ravennate post Romanum D  
concilium celebrata, cui Ratherius interfuit, ut in  
epist. 12 ad Ambrosium n. 1, traditur.

(1024) Construe: *Quæ utique capitula efficiant me,  
qui falso a quibusdam prædicor litteratus, efficiunt,  
inquam, me prorsus ignarum, quid valeam saltem co-  
gitare, nedum proferre illis; dum quilibet interdicto  
dicentis: Qui sine peccato est, etc., timet corrigere in  
alio, quod recognoscit in se; canones vero tanta aucto-  
ritate præcipiant ea non relinqui inemendata*. Hunc  
ab usum Atto Vercellensis perstringens in epist. 9, ad  
suum clerum ait: *Licet sint, qui nec trabem de suo  
ejiciunt oculo, nec festucam fratris repellere præsu-  
munt, sed confusi obmutescunt, dum seipsos reprobos  
cognoscunt*.

(1025) Hoc verbum *instituit* regitur a relativo præ-  
cedenti qui, scilicet Cæsar Otto I. Hæc autem palam

falso a quibusdam prædicor litteratus, ignarum quid  
de illis valcam saltem cogitare, nedum proferre,  
efficiunt prorsus. Qua ignorantia quo melius exui,  
quo aptius possum quam Romæ doceri? Quid enim  
de ecclesiasticis dogmatibus alicubi scitur, quod  
Romæ ignoretur? Illic summi totius orbis doctores:  
illic præstantiores enituerunt universalis Ec-  
clesiæ principes. Illic decretalia pontificum, univer-  
sorum congregatio, examinatio canonum, approbatio  
recipiendorum, reprobatio spernendorum. Postremo  
nusquam ratum quod illic irridum, nusquam irritum  
quod illic ratum fuerit visum. Ubinam ergo melius  
insipientiæ consulitur meæ, quam ubi fons sapientiæ  
cernitur esse? Accedit ad cumulum commoditatis,  
quod misericordia Conditoris imperatorem nobis  
concessit æquissimum, piissimum, sapientissimum,  
dominum scilicet nostrum Cæsarem gloriosissimum,  
qui cum præ omnibus qui sub cælo sunt jam dictis,  
cæterisque regaliū prerogativarum insigniis in-  
æstimabiliter polleat; sanctissimum papam, domi-  
num utique Joannem episcopum, secundum proprie-  
tatem sui vocabuli, *gratia Dei* ad idem opus ele-  
ctum, Romuleæ quidem urbi papam instituit (1025)  
dignissimum; orbi vero universo Patrem et provi-  
sorem industrium; quos convocaturos synodum  
(1026) autumnō universalem, concedat Deus sanctæ  
sue Ecclesiæ, ut expedit, utilem.

3. Adero itaque, si Deo annuente valero, digito-  
que compescens labellum, tanto eos qui aderunt  
audire curabo humiliter, quanto mihi necessa-  
rium considero amplius. Sapientissimos (1027)  
441 enim tam de isto regno, quam et de his qui

ostendunt sermonem non esse de Joanne XII, qui  
electus fuit anno 956, cum nondum Otto in Italia  
imperaret; congruunt autem Joanni XIII. Etenim  
mortuo Romæ antipapa Leone VIII, et sub idem  
tempus Benedicto V pontifice apud Hamburgum  
exsule vita pariter furoto, Romani duos legatos ad  
Ottonem I miserunt *pro instituendo quem vellet Ro-  
mano pontifice*, inquit Reginonis continuator ad an-  
num 965. Duobus autem episcopis ab Ottone Romam  
directis, *tunc ab omni plebe Romana Joannes Nar-  
niensis Ecclesiæ episcopus eligitur, et sedi apostolicæ  
pontifex intronizatur*, nomine Joannis XIII, ut apud  
eumdem Reginonis continuatorem legitur.

(1026) Synodus quidem Romæ coacta est ineunte  
anno 967, ut not. 1016 observavimus. Num vero Rathæ-  
rius huic interfuerit, monumentorum inopia ignora-  
tur. Certe vero adfuit alteri synodo quæ subinde Ra-  
vennæ mense Aprili anni ejusdem celebrata, veluti  
Romanæ appendix haberi potest.

(1027) Episcopos tum ex regno Italico, tum ex  
Germania una cum imperatore Romanæ interfuisse  
synodo, quæ celebrata fuit ineunte anno 967, ex  
privilegio notatione prima indicato manifestum est.  
In eo enim dato Romæ III. *Idus Januarius anno  
Dominicæ incarnationis 967 imperii vero domni Ot-  
tonis pissimi Cæsaris V, indict. 10, de Georgio Sub-  
lacensi abbate idem imperator ait: Venit in gre-  
mium basilicæ S. Petri apostolorum principis, ubi cum  
domno Joanne XIII papa sanctæ synodo pro utilitate  
ejusdem Ecclesiæ et venerabilium locorum intereramus,  
circumsedentibus cum Ravennate archiepiscopo plu-  
rimis episcopis ex Romano territorio atque Italiæ, et  
Ultramontano regno, id est Germanis: Hi cum Cæsare  
in Italiam venerant post mensem Augustum anni  
966; mangnum enim conventum idem Cæsar medio*

cum domino nostro venerunt semper Augusto, illic ad futuros cognosco; quorum doceri magisterio cupio de his saltem, quæ hic capitulatim congesta ideo habeo, quod plenitudinem eorum in illorum codicibus contineri confido. Sunt vero hæc, quæ ab omnibus observari valerent, si obedientes Deo existere vellent, nec contraria utique tempori, nec patriæ incongrua, ipsis utique omissis, quæ antiquis solummodo, vel transmarinis congruentia sunt visa, non nobis. Cum igitur quasi in quibusdam medicinalibus libris carnalia, hæc animarum sint congesta in canonibus sanctis remedia; ut videlicet, qui illa quæ in libris medicorum leguntur perceperit, ab ægritudine liberetur, qui neglexerit, suo merito moriatur, sic animarum qui despicit remedia, occasione alia mortem evadere qualiter possit æternam, discere cupio. Ignarus adhuc, nempe stultus, existo. Dicente quoque Apostolo: *Si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicemur* (I Cor. xi, 31): judicari vero sicut sæculariter lege mundana, ita ecclesiastice sanctione debeamus canonica; qui judicari ea despicit temporaliter, utrum judicium illud evadere ullo modo possit, quo damnatus quisque in æternum peribit, dicat quilibet alius: nam ego hinc sum penitus mutus. Judicium sane quomodo facimus, si jus nobis a Deo per sanctissimos Patres indictum negligimus? Justitiam quam, si legem non servamus canonicam? Cum Deo qualiter ambulamus, si ab his, quæ sequenda præcipit, deviamus? Noxia cæterum sollicitudo, quam gerendorum non efficit rectitudo (II Cor. v, 10); cum recepturum quemque secundum quod gessit, sive bonum, sive malum, evidens esse valeat certitudo. Extra canonicæ igitur rectitudinis diversans lineam, quam salutis habere potest, quæso, fiduciam, cum scriptum sit: *Atrium quod est foris non metieris, quia datum est gentibus?* (Apoc. xi, 2.) Quibus vero gentibus, nisi de quibus Psalmista **442** dixisse intelligitur Domino: *Liberator meus de gentibus iracundis?* (Psal. xvii, 48.) Ut enim homo malus alibi vocatur diabolus, sic legio dæmonum nomen hic possidet non incongrue gentium, Dæmo-

Augusto in Germania habuit, antequam Italicum iter susciperet.

(1028) Repetitionem vocis *cononicus* supplevimus ex ms. Frisingensi.

(1029) In epitaphio Ratherii *ter exsul* traditur, primo scilicet sub Hugone rege, secundo sub Lothario ejus filio, ac tertio sive cum a Milone invasore, ut postea hic subditur, comprehensus et e sua sede pulsus fuit, sive potius cum Veronam tandem dimittere coactus est. Hoc autem loco cum se *ter exsulatum* prodat, antequam a Milone invasore pelleretur, quam expulsionem uti posteriorem in sequentibus refert; tertium exsilium illud computasse videtur, cum anno 951 episcopalem sedem recuperaturus in Italiam venit; sed invento in eadem sede Milone comitis Milonis nepotulo, qui eam a Manasse obtinuerat, cedere debuit, et in Germaniam redire. Vide epist. 5 ad Joannem XII. Enimvero in opusculo *de Clericis rebellibus* scripto exeunte anno 967, quatuor sui expulsionem, quæ late dici possunt exsilia, commemorat num. 2 inquit: *Ex qua* (Ecclesia, Veronensi) *me jam quater extrusistis*, nimirum **1<sup>o</sup>**, sub Hugone, **2<sup>o</sup>**, sub Lothario, **3<sup>o</sup>**, anno 951, et

**A**nibus ergo traditur, qui in forinseco atrio invenitur quia qui extra normam ecclesiasticæ rectitudinis, etiam in ecclesia [*al.*, ecclesiæ] corpore positus, conversatur, intus quidem esse corporaliter conspicitur, sed animaliter in atrio exteriori stare probatur. Vel certe gentibus datur, qui ethnicis sociatur: Christianus enim licet dicatur, nequaquam est, qui Christo contrarius est; canonibus vere sanctis qui non obtemperat, Christo rebellat. Gentibus vero, nisi se infra mensuram lineæ recollexit, dabitur; quoniam quidem [*al.*, quandoquidem] non poterit, eorum contubernio sociari, quorum nec lege teneri, nec disciplina corrigi, nec mores voluit imitari. Væ autem nostrum alicui, extra mensuram canonicam cui contigerit inveniri, cum electorum populus eoperit recenseri. Electus enim nemo, qui non canonicus, [*subaudi* nemo] (1028) canonicus, qui non electus.

**B** 4. Dicat sane aliquis vestrum, tua quid refert, talia cæteris, et utique te præstantioribus, hinc minime curantibus agere? Refert, inquam, refert omnimodis, et in tantum expedit, ut, *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, et videte si est dolor sicut dolor meus* (Thren. i, 12), edicere possem, nisi insensibilitatis stupore languerem. Omittam quippe **ter** (1029) me contra canones exsulatum, millies injuratum, episcopium mihi illegaliter ademptum, (1030) alium super me adultere adductum, receptum; iterum eo misericordia piissimi [Ottonis] Cæsaris, præcepto apostolici, qui [Joannes XII] tunc Romanæ præerat sedi, judicio episcoporum (1031) synodaliter restitutum, ab eodem invasore (vobis non penitus in tantum ignaris, neque eidem contrariis, ut mille non defuerint, qui vos pene omnes, ne dum consensisse, hoc crediderint machinasse) (1032) postea comprehensum, **443** pulsum, injuratum, expoliatum, custodiæ mancipatum: omnibus vero his, licet tam indiscussis, relictis, quasi in eis nil inveniri valeret, quod reprehendi legibus vel leviter posset; misericordia iterum Creatoris' clementia piissimi imperatoris (1033), subventu excellentissimæ

**C** 4<sup>o</sup> anno 964, quo a Milone comprehensus et expulsus fuit, ita ut cum tandem Veronam dimisit anno 968, quintum velut exsilium computari possit. In epitaphio autem *ter exsul* dicitur, quia tria tantum majora exsilia computata fuerunt, quibus e sede, quam tenebat, exturbatus fuit: unde ibidem *ter præsul*, et *ter exsul* opponuntur, quod *ter* episcopatum obtinisset, et *ter* amisisset. Anno 951 etsi recuperare studuit episcopatum, non tamen adeptus est. Exsilium autem anni 964 brevi solutum fuit. Quod porro ait episcopium sibi *illegaliter* ademptum, *illegaliter* intelligit sine judicio canonico.

(1030) *Alium*, id est, memoratum Milonis nepotulum, qui Milo pariter vocabatur; ac idcirco eum *invasorem* postea appellat.

(1031) In synodo nimirum Papiensi celebrata anno 962, cujus Ratherius meminit in *Apologetico* num. 7.

(1032) Id est ineunte anno 965. His de rebus confer *Qualitatis conjecturam* num. 16, et ibidem not.

(1033) Adjectivum *piissimi* additum est ex ms. Frisingensi. *Excellentissima* vero *dux*, cujus *subventu*

atum, reductum, a vobis vero tam inhumptum, ut non difficile fuerit in vultibus reijectari quam non libenter me videritis in et exinde tot me non desinatis injuriis ut omni me prerogativa ordinis episcoposicuti ante (1034), ita et post, non dimittere, ut nihil ex ea mihi relinquatis praeter confessionem, et chrismandi quidlibet subscriptionibus potestatem. Adeo quoque de inhonoris, ut cum (135) omnes coepiventuri, de clericis suis parere inibi habitati; ego de vobis nec unum sim habitule mea paupertatula non sim vobis adeo s, ut militari beneficio (1036), habeam, et decem ex vobis ditatos.

am tamen, ut dixi, illius omnia ista reidi dixit: *Nolite resistere malo* (Matth. v, vodo a nobis quid agendum nuperrime? (Nicæn. c. 15. can. apost. 38.) Scitis enim, semper hoc agere ideo distulisse, cum bis em præceptum sit facere, quod dicerem synodare deberem, omnino nescire. Solet nodis, si quid contra canones actum est, Sed si hoc agere tentavisset, omnibus ionibus sunt scripta regyratis, de nullo curare viderem omnimodo. E quibus si proferam, si legeretur quod superius tetigi, *ncil. Nic. c. 3), Subintroducendam habere, nisi sororem, 444 et cætera, quæ sunt ta; quem vestrum ab hujus neglecto præissem excipere? Rursum si lectum imple: Neoc. c. 1). Si quis presbyter uxorem C pñatur; magis autem pelli debet si adul-*

reductus traditur, fuit Juditha Henrici II, maris, et Marchionis Veronæ mater. Vide conjecturam not. 1054. Mox conjectari scripctoritate laudati codicis, ubi in vulgatis turari.

icut ante, id est tempore Milonis comitis, de part. i De contemptu canonum num. 1, ide ab ejusdem comitis tempore ante se uam expulsionem nihil sibi a clericis relictum tradit præter chrismatis confectio- ismandi quidlibet potestatem. Hanc formulam explicavimus in not. Quod autem hic um subscriptionibus, num indicat aliqua a ex gr. in consecrationibus, ordinationique chrismatis usibus tradita, quibus episcr. scriberet?

Adjecimus cum ex sæpe laudato codice; ue subsidio mox inibi emendavimus, ubi et sim ubi erat sum.

Beneficium militare dicebatur fundus usu- jure concessus, quem qui recipiebat, mit milites, cum opus esset, suppeditare de- therius aliquot fundis, qui episcopalis juris militarium beneficiorum formam decem is ecclesiæ clericos, quos alloquitur, dona- sua autem paupertatula inquit; quia plura is episcopatus bona jam distracta et occu- ant, ut in Qualitatis conjectura conquestus 13. Addit et hoc gratis; quia beneficia nonnunquam aliquo munere recepto con- gr.

Construe: *Quid agendum a nobis de synodo s actis? In Quadragesima scilicet hujus anni*

terium perpetraverit; quis ex vobis indepositus isset [al., esset]? Rursum si recitaretu: *Præcipimus, ut bigami non admittantur ad clerum* (INNOC. I ep. 4 c. 2; GELAS. I ep. 9. sub med.); quem ex vobis confiderem legaliter ad sacerdotium fuisse provectum? Et, ut ad minora, vobisque per nulla veniam, si legeretur contemptores canonum acrius arguendos (conc. Hispal. II, c. 4); de conjurationibus [al., conspirationibus] etiam, et conspiratoribus, de perjuris, de ebriosis, et qui in tabernis bibunt, et qui usuris inserviunt, si legaliter synodarem; quem ex vobis indemnatum relinquerem? Si perjuris saltem penitentiam legibus indictam ipse dicerem, quem de vobis missam celebrare permetterem? Si multinubos a clericatu repellerem, quem nisi puerulos in Ecclesia relinquerem? Si manzeres (1038) abjicerem quem, ex eisdem puerulis stare in choro permetterem? *Expectavi, inquit, ut faceres judicium, et ecce iniquitas, et justitiam, et ecce clamor* (Isai. x, 7). Quis clamor? Pessima fama, malum exemplum. *Clamor, inquit, Sodomorum venit ad me* (Gen. XVIII, 28). Breviter [ms. Frising., Perbreviier] dixerim: causa perditionis totius mihi populi commissi, commanentes (1039) illi sunt clerici. Quem enim laicorum de adulterio convenire ausus fuisset in synodo (1040), quem de perjurio, quem de quovis flagitio, clericorum frustratus judicio? Quis enim ille esset, cui non continuo ille, etsi labiis non auderet, corde diceret: *Hypocrita, id est pseudoclerice, ejice primum trabem de oculo tuo et tunc prospicies, ut educas festucam de oculo meo* (Matth. VII, 5).

6. De talibus igitur cum (1041) nulla penes nos 445 omnino sit quæstio; unde synodus agi debe-

966 synodum habuit, ex qua *Synodicam* edidit.

(1038) Ratherius in *Confessione* num. 5 ex Deuteronomio c. XXII, v. 2, *Manzeres, inquit, id est ex scorto natus, seu spurius.*

(1039) *Commanentes*, illi scilicet clerici, qui una cum populo seu laicis manent.

(1040) Synodum hoc loco vocare videtur illam, quæ in visitationibus ecclesiarum cogebatur, ubi de laicis inquisitio fiebat. Vide not. in epist. 5 ad Joannem XII, in qua *synodi* nomen hoc sensu accipitur. Neque enim de synodo diocesana, qualem Ratherius in hujus anni Quadragesima celebravit, et de qua agitur numero sequenti, id intelligi potest, cum in eam non convocentur laici, nec de laicis inquisitio fiat, ut in synodis visitationum occasione coactis accidit. Inquisitio de clericis fiebat in capitulis visitationum, de quibus in eadem notatione diximus, nec non in synodo diocesana, in quam soli clerici conveniunt, ut numero sequenti patebit. Solum in ejusmodi synodis constitutiones quandoque feruntur pro laicorum regimine, ut ne tamen hi, etsi alicujus criminis rei, ibidem conveniantur.

(1041) Hæc ex sequentibus sic explicari queunt. Cum de talibus criminibus et criminosis nulla penes nos debeat esse quæstio, seu inquisitio; unde synodus agi deberet? Exemplum porro subjicit ex diocesana synodo, quam in præcedenti Quadragesima habuit, ubi de solis psalmis et aliis ejusmodi levioribus ab eo cujus intererat inquirere quæstio facta fuit. *nil amplius quod emendaretur invento.* De aliis scilicet gravioribus, quibus plerique erant impliciti, inquire nolabant.

ret, unde, unde rogo, concilium? Recolitis namque cognosco, me præcepisse (1043), ut duobus diebus archipresbyter et archidiaconus, me absente, adventantes cum ordinariis omnibus pariter residentibus discuterent, die tertia emendanda mihi omnia recitarent. Factum est. Residens interrogavi quid actum fuisset. Respondit cujus intererat, vos inquisisse (1043) de psalmis; et hujusmodi, et, Deo gratias, non malum adeo invenisse. Quid haberem ergo de tot sanctis, nisi Deo gratias dicere? Psalmos non male adeo scirent, immunes a cæteris culpis existent; unde, quaeso, synodus agi deberet? Deceptionem igitur animarum hoc esse intelligens maximam, unum in corde dixi, aliud labiis protuli. Corde enim mihi ipsi sum ita conquestus: Quis tu his, aut quasi quis hic? Labiis vero ita dicenti respondi: Si de psalmis, et non de alio in isto concilio debet esse conquæstio, me primum ad examen producite [*al. perducite*]; convinci nam possum, me illos non ut competeret scire. Unde igitur synodus ageretur, nil amplius quod emendaretur invento? Sciscitatus itaque de fide illorum, inveni plurimos neque ipsum sapere symbolum, quod fuisse **446** creditur apo-

(1042) Hæc referuntur ad synodum diocesanam habitam in præcedenti Quadragesima anni 966. Animadversionem meretur ritus, quo ejusmodi synodus celebrabatur. Similis etiam ritus servabatur in synodis, quæ occasione visitationum in singulis parochiis ruralibus cogebantur. De his enim sic habet canon concilii Rothomagensis a Reginone nobis conservatus lib. II De eccles. Discipl. c. 1: *Cum episcopus suam diocesim circuit, archidiaconus, vel archipresbyter cum præire debet uno aut duobus diebus per parochias, quas visitaturus est; et plebe convocata annuntiare debet proprii pastoris adventum, et ut omnes ad ejus synodum die donominata imprætermisse occurrant. . . . Deinde adscitis secum presbyteris, qui illo in loco servitium debent exhibere episcopo, quidquid de minoribus et levioribus causis corrigere potest, emendare satagat, ut pontifex veniens nequaquam facilioribus negotiis fatigetur, etc.* Non absimiliter, cum cogenda erat synodus diocæsana, biduo ante archipresbyter et archidiaconus una cum ordinariis, id est canonicis ecclesiæ cathedralis, pariter residentibus eos, qui ex titulis urbis ac ex plebibus ruralibus vocati erant ad synodum, discutere debebant, ut si quæ essent emendanda diligenter inquirerent, et die tertia, qua episcopus synodo præerat, ipsi corrigenda referrent. *Ordinarii* autem ita dicebantur canonici cathedralis Veronensis, uti eadem appellatione nuncupabantur canonici Argentinensis cathedralis, et Mediolanenses hoc quoque tempore *ordinarii* vocantur. De Argentinensibus, seu Strasburgensibus fidem facit Reginonis continuator ad annum 925, ubi Bononem Vitgero Metensi episcopo suffectum tradit *ex ordinariis Strasburgensibus*. Mediolanenses porro etiam antiquis temporibus *ordinarios* nominatos probant antiqua documenta apud Puricellum et Ughellium. Ne quis vero hæc exempla ex aliis Ecclesiis quæsita minime faciat, præsto est insigne documentum nostræ Veronensis Ecclesiæ a Marchione Joan. Jacobo de Dionysiis canonico nuperrime vulgatum in Collectione diplomatum num. 31 pag. 448, scriptum anno 973. In hoc enim eodem plane modo legitur: *Archipresbyter, archidiaconus et cæteri ordinarii*: et similiter pluries *ordinarii* in eodem documento appellantur et intelliguntur canonici. Hinc cum Ratherius in epist. 42 ad Ambrosium

A stolorum. Hac occasione synodicum scribere omnibus presbyteris sum compulsus, in qua continetur primitus ita suasum. « Moneo igitur paternaliter, et præcipio pastoraliter, ut dicentis Apostoli reminiscentes, quia *sine fide impossibile est placere Deo* (Hebr. XI, 6), hoc est sine credulitate, quæ nobis per apostolos, eorumque successores est tradita; et, quia *justus ex fide*, id est credulitate sua vivit (Rom. I, 17); et, *Quidquid sine fide*, hoc est sine credulitate Dei est, *peccatum est* (Jac. II, 17); *fides* autem id est credulitas Dei, *si non habet opera bona mortua est in semetipsa*: ipsam fidem, id est credulitatem Dei trifarie (1044) parare memoriter festinetis, hoc est [*subaudi illam*] secundum symbolum, id est collationem apostolorum, sicut in psalteriis correctis invenitur, et illam quæ ad missam canitur, et illam S. Athanasii, quæ ita incipit; *Quicumque vult salvus esse*. Quicumque vult ergo sacerdos in nostra parochia esse, aut fieri, aut permanere, illas tres memoriter nobis recitet, cum proximo a nobis huc vocatus fuerit. »

7. Ista (145) cum et mediante Quadragesima illis scribendas atque memoriæ mandandas dedis-

num. 2 ait: *Quendam diaconum . . . contra spem quoque ordinarium feci*, innuit se cum ad canonicatum cathedralis promovisse. Hos autem canonicos, quos hic *ordinarios* vocat, mox *cardinales* nominat: utroque enim titulo donati leguntur etiam canonici cathedralis Mediolanensis apud Landulfum juniorem in Hist. Mediol. c. 22 tom. V Rerum Italic. pag. 492, ubi hæc profertur epistolæ eorum inscriptio: *Ordinarii cardinales sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ*. Beroldus quoque in *ordine* Ecclesiæ Mediolanensis ed. 10 tom. IV Antiq. Italic. Muratorii pag. 861 et seqq., eosdem canonicos Mediolanenses nunc *ordinarios*, nunc *cardinales* appellat. Notatu pariter dignum est, archipresbyterum, qui ante archidiaconum positus est, hoc tempore primam dignitatem fuisse in nostra cathedrali ecclesia; cum initio sæculi præcedentis Pacificus et Audo archidiaconi primas tenerent, ut in aliis quoque ecclesiis fere obtinebat. Hinc in recitato canone Rothomagensi archidiaconus archipresbytero præponitur.

(1043) *Vos inquisisse*, inquit; quia præ multitudine convenientium ad synodum tum ex civitate, tum e diocesi, ut examen citius expediretur, non unus archipresbyter, aut archidiaconus, sed omnes etiam ordinarii inquirendi officium inter se dividerant.

(1044) Ita codex Frising. cum lectione ipsius synodicæ Vulg., *præparare. Parare memoriter* pro eo quod Italice dicimus *imparare a memoria*.

(1045) Vulg., *Istud cum et mediantem Quadragesimam illis scribenda atque memoriæ mandanda*. Ope codicis Frising. correximus *mediante Quadragesima*, id est media Quadragesima, uti *Dominica mediana* vocabatur Dominica Quadragesimæ quarta, quæ in mediam Quadragesimam incidebat, indeque tota sequens hebdomada *mediana* dicebatur. Hoc tempore synodus a Ratherio celebrata. Pro *istud* vero *istas*, id est tres fides, quas ante commemoravit, *scribendas atque memoriæ mandandas* sensu exigente emendavimus. Id in synodo præceperat, cum synodicam edidit. Sequentia vero *et inobedientes existitisse vidissem* ad illud subsequens tempus referuntur, de quo in recitato synodicæ fragmento dixerat: *cum proxime a nobis huc vocatus fuerit*. Vocavit autem, ut videtur, non multo ante quam hoc *Itinerarium* scri-

sem, 447 et inobedientes existisse vidissem; dum quid inde canonicè agere possem inquirerem, metus illorum quosdam tantus invasit, ut promisso mihi ad iter carpendum auxilio, pollicerentur se deinceps descriptionem beati Athanasii cantaturos, et reliqua inibi [*id est...* in synodica] descripta juxta possibilitatem suam facturos. Ad quod cum titularios omnes (1046), et illos de plebibus paratos, Deo gratias, invenissem; vos cardinales, qui, ut quondam Scribæ et Pharisæi populares, ita istos in perditionem mittitis omnes, ita hinc manere adhuc cerno rebelles, ut eligatis cum inimico ejuadem fidei Ario in æternum damnari, quam hoc publice (1047), ut aliarum ecclesiarum clerici, cantando salubriter vinci.

8. Tali namque me infelicissimum necessitate urgente, non haberem illuc pergere, ubi possem ex hoc consilium aliquod invenire? O chronographia Ratherii pessima (1048)! o veritas eidem perosa! Quam enim optabilius fuisset, ut solus ipse mendax existerem, quam talia de vobis pene omnibus veraciter dicere possem, nec ipse valeo æstimare, qui talia compellor infelix proferre. Clamandum igitur, clamandum, et sine intermissione dicendum: *Converte nos, Deus salutaris noster, et averte iram tuam a nobis* (Psal. LXXXIV. 5). Angustiat nam neque immerito non immemorem sui propensio nimium talis (*conc. Sard. can. 1*): *Non minus enim mala consuetudo, quam perniciose corruptela funditus eradicanda est*, Osio rigidissimo illo in Sardicensi clamante consilio; alibi etiam alio: *Cedat consuetudo auctoritati; pravum usum lex et ratio vincat*; dum

contempla penitus auctoritate canonum (1049), conberet: ex quo illi metuentes majorem punitionem, multæ loco polliciti sunt se ad Romanum iter, quod Ratherius meditabatur, præstaturus auxilium.

(1046) Tres Veronensium clericorum species distinguit. *Titularii* sunt clerici ecclesiarum civitatis et suburbiorum, quæ in synodo Veronensi anni 995 edita a P. Bernardo de Rubeis in Monumentis Ecclesiæ Aquilensis col. 484, et a Muratorio tom. V Antiq. Italic. col. 1003, vocantur *tituli*. *Illi de plebibus* sunt clerici ecclesiarum ruralium, quæ *plebes* appellantur. *Cardinales* tandem sunt canonici ecclesiæ cathedralis, quo vocabulo pariter nominabantur canonici cathedralium Mediolanensis, Aquileiensis, Neapolitanæ, Capuanæ, Lucanæ, et aliarum quamplurium. Vide Cangium V. *Canonici cardinales*, et Muratorium tom. V laudato, dissert. 61. In documento anni 932 edito a Joan. Baptista Biancolino lib. II *Notizie storiche delle chiese di Verona* p. 698, cathedralis Veronensis vocatur *ecclesia cardinalis*; canonici autem sic nominantur: *Archipresbyter, archidiaconus, seu et sacerdotes, et diaconi sanctæ cardinalis Veronensis ecclesiæ*.

(1037) Abyto episcopus Basileensis in Capitulari scripto sub an. circiter 820 apud Acherium tom. I Spicilegii pag. 584, c. 4, præcepit, *ut fides S. Athanasii a sacerdotibus discatur, et ex corde omni die Dominico ad horam primam recitetur*. In antiquo Catalogo abbatum Floriacensium desinente in Theodulfo postea episcopo Aurelianensi, qui sub Ludovico Pio floruit, typis vulgato, tom. I Miscellaneorum Baluzii pag. 492 legitur: *Explanationem edidit* (Theodulfus) *symboli S. Athanasii, quod a monachis post tres regulares psalmos ad primam quotidie legitur*. In

A *suetudini prædecessorum 448* vostrorum Deo ipsi similiter, qui eosdem instituisse noscitur canones, rebellium, vos tam obstinate inniti considero, mecum vos [*l. a vobis*] indesinentissime tam pro illis, quam pro vobis, Deo clamandum invenio: *Peccavimus cum patribus nostris, injuste egimus, iniquitatem fecimus* (Judith. VII, 19). Cum Josia quoque rege sanctissimo nobis alterutrum [*id est clamandum nobis utrinque*:] *Ite, consulite Deum super me, et super populum meum, et super omnem Judam* (quem [idem legitur part. II de Contemptu canonum] intelligere possumus confessione Dei insignem catholicam Ecclesiam) *de verbis voluminum istorum, canonum scilicet et decretorum, quæ continentur in archivis ecclesiarum*: *Magna enim, ait ille, ira Domini succensa est contra nos; quia non audierunt patres nostri verba librorum istorum, ut facerent omne quod scriptum est in eis* (IV Reg. XXII, 13). Ut Patres intelligas non solum ecclesiarum pontifices, sed et illarum majores; quatenus ille saltem cuilibet nostrum respondere dignaretur: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Pro eo quod audisti verba voluminis, et perterritum est cor tuum, et humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, et habitatores ejus: quod videlicet fierent in stuporem et maledictum, et scidisti vestimenta tua, et flevisi coram me, et ego audivi, dicit Dominus. Idcirco colligam te ad patres tuos, et colligeris ad sepulcrum tuum in pace, ut non videant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum super locum istum* (Ibid., 18-20). *Circuite, inquit Dominus alibi, circuite vias Hierusalem, et aspice, et considerate, et quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, et*

Thesauro anecdot. PP. Martene et Durandi, tom. I pag. 63 capituli S. Martini Turonensis statutum profertur anni 922, quo præscribitur, ut fides S. Athanasii canatur *ad horam primam tam festis diebus, quam et quotidianis*. Hunc ritum inductum primum in Galliis, ut ex his testimoniis Gallicanis liquet, sensim propagatum, et Ratherii ævo a pluribus Ecclesiis receptum fuisse ex Ratheriano præsentis textu cognoscimus. Cum vero is ritus novus esset, Veronenses canonici in eo recipiendo difficiles, idem symbolum publice cantare recusabant, uti etiam traditur part. I *De contemptu canonum* in fine.

(1048) Vul., *O Chronologia*. Prætulimus lectionem optimi codicis Frisingensis, cum qua concinit etiam aliud Ratherii opus *Qualitatis conjectura*, in quo num 2: *Chronographiam* vocat, quæ *contemporalium sibi contineat vitam*, et in quo non tam se, quam omnes perstringere traditur *intactum deserens neminem*. Forte in eo suorum clericorum mores et vitia descripsit; ac propterea hanc *Chronographiam* circa vitia versantem *pessimam* appellat. Confer in eamdem *Qualitatis conjecturam*, in not. Ait porro, *O veritas eidem perosa*, propterea quod molestum sibi esset, vera esse illorum vitia, quæ in ea Chronographia descripsit: unde addit, optabilius sibi futurum, *ut solus ipse mendax existerem, quam talia de vobis pene omnibus veraciter dicere possem*.

(1049) Construe: *Dum considero vos, contempta penitus auctoritate canonum, tam obstinate inniti consuetudini prædecessorum vestrorum similiter rebellium Deo ipsi, qui noscitur instituisse canones eosdem: invenio a vobis indesinentissime clamandum Deo mecum tam pro illis, quam pro vobis: Peccavimus, etc.*

quærentem fidem; et propitius ero eis. Quod si etiam, Vivit Dominus, dixerint, et hoc falso jurabunt. Domine, oculi tui respiciunt fidem; percussisti eos et non doluerunt (1050); attrivisti eos, et renuerunt accipere disciplinam; induraverunt facies suas supra petram, et noluerunt reverti. Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt et stulti, ignorantes viam Domini, et iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, et loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, et iudicium Dei sui: et ecce magis hi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de silva, lupus ad vesperam vastavit eos (Jer. 1, 1-6).

Leo scilicet rugiens quærendo quem devoret, id est diabolus (I Petr. v, 8); lupus et isdem, qui ob negligentiam mercenariorum pastorum vocabulo, non jure possidentium, sed illegaliter usurpantium, rapit et dispergit oves (Joan. x, 12); non solum per se, sed et per membra sibi cooperantia, sua vineamque Domini Sabaoth a primore vastantia.

9. Et heu, quam non disconveniunt miseris talia nobis! Nos enim ipsi sumus æstimatione, quamvis non re, optimates: nos, inquam, quos, relictis pauperibus legisque Dei penitus ignaris, alloquitur sermo Dominicus; nos legendo viam Dei cognoscimus, quam pergere declinamus; nos iudicium Dei nostri, sed nos magis contemnendo, jugum ipsius suave, sed volentibus, et onus leve, non dedignantibus (1051) attamen ferre, quasi confregimus illud; rupimus vincula legis cononicæ nihil de illa curando. Idcirco verendum ne pejora nobis contingant, quam illis, de quibus hæc tuuc præsentialiter dicebantur, utpote qui non solum illos, qui tunc loquebantur, sed ipsum contemnimus, qui non tantum per ipsos, eorumque sequaces, sed et per seipsum nunc nobis loquitur, Deum. Pejor autem multum est leo animas devorans, quam leo pecora lanians; lupus interimens spiritaliter homines, quam lupus devorans corporaliter oves. Maxime si hoc nobis contingat ad vesperam, hoc est, quando præsentem terminabimus vitam. Cujus periculi metu iter compellor arripere istud, aliorum quæsiturus consilium, quia in me non invenio ullum.

10. Cruciant me nam non parum, fateor, ista quærentem, istis utrumnam contemptis restet salutis alia, quod neque suspicor, via. Si enim quod canonicum est catholica defendit Ecclesia; catholi-

(1050) Editi indoluerunt. Melius in ms. Frising. concinente vulgati interpretis lectione.

1051) Vulg., dignantibus, pro quo meliorem manuscriptorum Frisingensis lectionem prætulimus. Construe vero: Nos legendo cognoscimus viam Dei, quam declinamus pergere; nos contemnendo iudicium Dei nostri, sed contemnendo magis nos, contemnendo jugum ipsius suave, sed volentibus, et onus leve, attamen non dedignantibus ferre, quasi confregimus illud, et rupimus, etc.

(1052) Ita nevisissimus Spicilegii editorem edavit pro eo, quod Acherii codex Laudunensis, et noster Frisingensis habent concessio.

(1053) Vulg., cum nostro codice fertur, perperam. Correximus feritur, id est plectitur, punitur, sic exigente contextu et sensu, sicut in fine hujus

cum se usurpative, reor, pronuntiat. quicanonibus sanctis præsumptive repugnat (Conc. Nic. c. 9). Fidem 450 autem, ut cantamus, catholicam nisi quisque integram, inviolatamque servaverit, absque dubio in æternum peribit (Symbolum S. Athanasii). O autem confessio (1051) firma, quod catholicus non sit qui legem canonicam respuit, quodque vitam æternam consequi nemo nisi catholicus possit. Quod cum ita innutanter atque certissime constet, quid cogitare, quid possumus æstimare de illo tam publico eanonice legis, qui inter nos versatur, contemptu, quo non solum illa, quæ tam severiter sunt prohibita ministris ecclesiæ de cohabitatione mulierum in Nicæno sancita consilio (Conc. Nic. c. 3); et illud quod alibi tam austere feritur (1053), ut supra habetur; in Neocæsariensi quoque non levius tale quid continetur concilio: Presbyter si confessus fuerit, quod ante ordinationem corporali peccato deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officii propter studium bonum (can. 9). Quæ utique in se recognita quemlibet in desperationis voraginem poterant mergere, nisi fuisset prædictum (1055): Nescit homo utrum odio an amore dignus sit sed omnia in futurum servantur incerta (Eccles. ix, 1-2). Si enim qui ante ordinationem corporaliter se peccasse confitetur, tam austere feritur; quid de eo qui post ordinationem mæchatus millies fuisse cognoscitur? De quibus (1055) utique quidam, licet perrari, dum videantur immunes; de levioribus quasi et usualiter adeo usurpatis, ut neque jam trahantur in culpam, quid dicendum, quid cogitandum, ut sunt verbi gratia ista: Episcopus, presbyter. aut diaconus, qui in seditione aliqua arma sumpserit, ab omni cætu Christianorum deponatur (Conc. Tolet. iv; can. 45); et: Episcopus, presbyter et diaconus, aleæ et ebrietati deserviens, aut desinat, aut deponatur (can. Apost. 42), et alia hujusmodi innumera, quæ non levius quam cohabitatio mulierum et fornicatio vel adulterium, incestuositas naturæ ipsi quoque, adversa, canonica feriuntur machæra.

11. His igitur superbe neglectis, catholicus qualiter quis nedum appellari, saltem valeat non video æstimari; cum, ut supra protuli, in Nicæno dictum legatur concilio: Quod canonicum est, catholica defendit Ecclesia (1057). Quamvis enim (dicente Domino: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos (Matth.

D numeri legitur, canonica feriuntur machæra.

(1054) Ita cod. Frising. In vulg., male emergere. Dein laudatus codex pro prædictum habet prædictum.

(1055) Construe et explica: De quibus gravioribus ulique vitiis dum quidam licet perrari videantur immunes: quid dicendum, quid cogitandum de aliis quasi levioribus et adeo usualiter usurpatis, ut neque jam trahantur in culpam, ut sunt verbi gratia, ista, etc.

(1056) Hæc sententia Quod canonicum est, catholica defendit Ecclesia, paulo aliter legitur canone nono Nicæno his verbis: Quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia: quam lectionem totidem verbis auctor protulit part. i De Contemptu cano-

viii, 22), criminosis sibi consimiles vel defendentibus, vel occultentibus) deponendos legaliter nemo deponat, damnandos non aliquis damnet; 451 non ideo damnationem per Spiritum sanctum illis illatam poterunt evadere, et quos ipse Dominus fures vocat et latrones, pastores ovium ipsius existere (1057). Simoniacum enim quis quid perpetrans, damnationem Simonis non poterit evadere, nec Gieziaca lepra carere, qui quod fecit Giezi, fecerit ipse. *Ut inquiratur*, inquit Dominus (quasi de Judæis solummodo dicens) *sanguis omnium prophetarum, qui effusus est super terram a generatione ista, a sanguine Abel justi usque ad sanguinem Zachariæ, filii Barachiæ, quem occidistis inter templum et altare* (Matth. xxiii, 35). Cum utique illi, quibus hoc dicebat, neque Abel, neque Zachariam, nec quemlibet prophetarum interfecerint; sed quia eis, qui hoc fecerant, in malitia similes fuerint; et idcirco vindicta consimili plecti debuerint (*Ibid.*, 30, 34). *Colligite*, inquit etiam alibi Dominus quandoque dicendum: *Colligite primum zizania, et alligate in fasciculos ad comburendum* (Matth. xiii, 30): hoc est, pares in scelere in damnatione simili jungite. Si ergo ita est, uti damnatus est Maximus Cynicus (1058), ita damnantur socii in eodem scelere ipsius: uti Photius, ita et imitatores illius; uti Constantinus Romanæ sedis invasor, ita ipsius quilibet imitator: et sicuti eorum irrita ordinatio (1059), ita et istorum neque dissimilis condemnatio. Et heu fidei catholicæ integritas, antiqua sanctitas, et vera quæ evasisti Christianitas! Rogas? Faciamus nam eam respondere quasi præsentem. Præsens est enim, licet præ paucitate nimia lateat. Neque enim adhuc tempus illud præterit, quod ipse Dominus eidem ita loquens imposuit: *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi* (Matth. viii, 40).

12. Taceat ergo de se, loquatur de illa falso Christianitate vocata: *A sollicitudinibus, ait Dominus, et divitiis, et voluptatibus vitæ euntes suffocantur, et non referunt fructum* (Luc. viii, 14). Quem vero fructum? Quo pascerentur utique in regno cælorum (1060): incurrentes pariter Altissimi ædium; ita enim testatur Apostolus: *Quicumque, inquit, voluerit amicus esse sæculi hujus, inimicus*

num. 11. Priorem vero lectionem in hoc opere supra protulit num. 10.

(1057) Construe: *Quamvis enim dicente Domino criminosis, vel defendentibus, vel occultentibus consimiles sibi: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: quamvis, inquam, nemo deponat legaliter deponendos, nec aliquis damnet damnaudos; non ideo poterunt (sic ex ms. Frising. cum apud Acherium poterit) evadere damnationem illatam illis per Spiritum sanctum, nec poterunt existere pastores ovium ipsius Domini, quos ipse vocat fures et latrones.*

(1058) Vide libellum cleri Veronensis nomine inscriptum ad Romanam Ecclesiam, in quo auctor ipsa documenta recitat, quibus Maximus Cynicus, Photius et Constantinus, damnati fuerunt.

(1059) Quid de ordinationibus ejusmodi Ratherius senserit, et cur, videsis in Admonitione præmissa

A *Dei constituitur* (Jac. iv, 4). Quod tamen nisi ea figura prolatur intelligatur, qua per id quod continet, hoc quod continetur monstratur; quamdam quasi ingratitude eorum, quæ nobis contulit Deus, suadere monstratur. Si enim sæculum, quod nostri causa fecit Deus, minime diligimus, quasi ingrati conditori atque largitori illius existimus: *Vidit Deus*, inquit Scriptura, *vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona* (Gen. i, 31). Quod igitur 452 Deo ipsi valde bonum est, visum nobis quomodo esse debet invisum? Intelligamus ergo non illud sæculum (1064), quod mundus vocatur, hoc est, cælum, terram, mare et omnia quæ in eis sunt, vel illas revolutiones temporum, propter quas nostra ista vocatur sæculum vita, odio habere quemvis debere; sed quod perperam in hoc agitur sæculo, hoc est, superfluitatis primum illorum ambitum, quæ usui nostro istud ministrat sæculum, inde voluptatem, post omnimodam vitiositatem. Quidquid ergo bonum Deo ipsi videtur, ut utile diligamus; quod malum, ut noxium odio habeamus, ut inimicitiam Dei evadere, et inter illos qui vere sunt Christiani, computari quoquomodo valeamus. Quod tamen facere nullo modo possumus, nisi quod canones sancti præcipiunt, faciamus.

13. Sed ut ad me meique revertar consimiles, hoc est, canonibus sanctis usque modo rebelles, qualiter hoc facere valemus, cum omnibus generaliter pœnitentiæ post lapsum sint induta remedia, nobis vero miserrimis ipse Dominus dicat; quod *si sal*, quod nos esse debuimus, *evanuerit, ad nihil utile sit, neque in sterquilinum saltem* (Luc. xiv, 34), quo (1062) pœnitentiam figurari alibi ita habemus: *Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam, et mittam stercora* (Luc. xiii, 8), id est factorem criminum illius ad memoriam ipsius reducens, pœnitentiam agere illam compellam; quæ utique nobis quoque infelicissimis denegatur, cum post pœnitentiam quis nec clericus esse lege canonica sinitur (SIRIC, *epist. ad Himer. n. 18*; INNOC. *epist. ad Maced. n. 14, et ep. ad Apulos.*). Quid ergo miseri, quid undique facimus conclusi? Nobis incessanter clamatur: *Quicumque comederit de carne sacrificii, quod est Domini, et immunditia ipsius super*

D Ratherii decreto, *De clericis ab invasore ordinatis*, num. 1 et 2.

(1060) Vulg.; hic addunt *Christianitates*. Melius delevimus ope codicis Frisingensis, ex quo etiam post pauca expunximus et ante vocem *Apostolus*.

(1061) Construe: *Intelligamus ergo quævis debere odio habere non illud sæculum, quod mundus vocatur, hoc est cælum, terram, mare et omnia, quæ in eis sunt, vel illas revolutiones temporum, propter quos ista nostra vita vocatur sæculum; sed illud, quod perperam agitur in hoc sæculo, hoc est, primum ambitum superfluitatis illorum, quæ, etc.*

(1062) Acherius cum nostro quoque ms. Frisingensi quod. . . figurari. Legendum est vel *quo*, vel *figurare*. Primum a novo Spiclegii editore inductum retinuimus.



*ipsum est, peribit anima illa de populo suo (Lev. vii, 20). Itemque: Homo sacerdos de semine Aaron qui habuerit maculam, non offeret panes Domino, nec accedet ad ministerium (1063) ejus (Lev. xxi, 17-18). Qualiter igitur miserrimi, qualiter ab illa immunditia lavari, qualiter his valemus maculis abluere, qui post levatricem criminum pœnitentiam nedum sacerdotio fungi, in clericatu saltem non permittimur (1064) linqui? Esto, istud solummodo miseris obstaret immaniter nobis, quid de nobis æstimandum commissis (1065) Quid de his quæ lavari, mundari et a nobis debuerant benedici, quæ consequenter immunda noster effecit. prohi dolor! tactus Domino dicente: *Quod tetigerit immundus, immundum erit?* (Num. xix, 22). Si vero pauci fuisset, quod utinam fuisset! indignis **453** atque repulsis Dei gratia (1066) qui nobis valerent suffici, inveniri forsitan possent, non tale fuerat periculum. Nunc vero, prohi nefas! cum conquerens clamet Dominus, dicens: *Attamen hi simul omnes confregerunt jugum, ruperunt vincula (Jer. v, 5); quod remedium invenit decepta, quam regere debuimus, Ecclesia; cum omnes non simul confregisse jugum, vincula rupisse vox conqueratur Dominica? Dicente enim Jacobo? Confitemini alterutrum peccata, ut salvemini, vestra (Jac. v, 16): Neocæsariensi vero continente superius scripto capitulo (1067): Presbyter si confessus fuerit, quod ante ordinationem corporali peccato deliquerit, oblata non consecret, manens in reliquis officiis propter studium bonum (can. 9); quis missam cauet, cum sententia ista pene omnibus oblata non consecrare prohibeat (1068)? Et vide quanta hic continetur adversitas. Oblata enim non permittis consecrare, si te peccasse confiteris; salutem non consequeris, nisi te peccasse confitearis (1069). Quid igitur de vobis faciam, fratres et compresbyteri mei? Si peccata vestra non confitemini, timeo, timeo ne non salvemini: si confitemini, oblata nisi contra vetitum consecratis; si contra vetitum consecratis, ignem alienum [f. æter-**

(1063) Acherius *ad ministrum*. Correctionem novi editoris Spicilegii approbant noster codex Frising. et vulgatus interpres.

(1064) Vulg., *non permittamur*. Melior laudati codicis lectio.

(1065) Construe: *Quid æstimandum de commissis nobis?* id est de iis qui commissi sunt nobis.

(1066) Codex Frising. pro *Dei gratia* habet *digno*. forsitan *digne*, et melius. Construe vero; *quod utinam fuisset, scilicet pauci, forsitan possent inveniri, qui Dei gratia (aut digne) valerent suffici nobis indignis, atque repulsis!* Mox pro *nunc* Acherii editio habebat *num*, forte typographorum errore, quem novissimus editoremendavit, emendationemque codex noster confirmat.

(1067) Ope ejusdem codicis expunximus *est*, quod post vocem *capitulo* in vulgatis perperam legebatur. Post pauca Acherius, *quis mensam cantat?* Emendationem novæ editionis recepimus. *Missam* habet etiam codex Frisingensis.

(1068) *Prohibeat* scilicet, cum ait: *Oblata non consecret.*

(1069) Ita ms. Frising. In vulg. vero, cum non

*num*] accenditis. Verendum igitur, ne quorum exemplum tenetis, eorum similitudine pereatis.

14. Desperare itaque vos mecum compellerer, nisi iterum lectum sæpius recorderer: *nescit homo utrum odio an amore sit dignus (Eccl. ix, 4)*. Quis enim novit, si cui nostrum sit concessum antea converti, quam mori? Felices enim hac lege depositi, felices expulsi, felices suis rebus spoliati, et episcopatu (1070) viduati; si tamen eis aliquid huic eveniat simile quod Scotigenis duobus audivimus evenisse. Quidam enim potentior super impotentiore insiliens, sede illum propria pepulit, eique præsedit. Erat illic (1771) quidam pauper omnibus membris contractus, abeuntemque ita est allocutus: Cui me deseris pater? Deo, inquit. Esne unquam reversurus? Non, nisi tu me reduxeris, **454** inquit. **B** Secessit igitur sepulcrum adiens Domini. Interjecto tandem tempore, tanta lucis totam, unde sanctus vir ille fuerat pulsus, invasit provinciam, ut vix usque ad decimam hominum pervenerit. Sciscitatus jejuniorum (1072), litaniarum, et eleemosynarum instantia, respondit modo quo ei placuit Dominus, ejusque invasoris confessione monstravit, stragem illam hominum illius scelere contigisse. Reatus igitur sui consideratione permotus, relicto quem invaserat episcopatu (1073), abcessit, insulamque quamdam, pœnitentiam sine tenus acturus, intravit. Solitarius quidem manere voluerat, sed vicinorum benevolentia hunc sæpies visitabat, cum repente incolis deficientibus, maxima invasit patriam fames, quæ compulit liberalitatem illum sanctum virum alentium aliquantum repigrari. Trieris (1074) magna in littore casa restiterat. Eam ingressi, quos educabat, pueruli fame cogente, post ludum quemcunque obdormierunt. Remigio itaque angelico illis dormientibus ad aliud littus patriæ perignotæ venit. Cui rex ejusdem patriæ circum equitans, præstolatus cum admiratione maxima navim sine hominibus rectissime adventantem, puerulos solum in ea reperit dormientes. Expergefactos unde essent, interrogat. **C** **U**

legeretur nisi, sed si, suppletum fuit non sic: *Si te peccasse (non) confitearis*. Post nonnulla *timeo, timeo* bis expressimus cum eodem codice, ex quo etiam editionis *oblata nisi contra vetitum*, ubi forte legendum *non nisi*, ut Mabillonius recte monuit in Ratharii elogio num. 21, tom. VII Act. sanctorum ord. Bened. pag. 481.

(1070) Vulg., *episcopiis*, lectio codicis Frising. magis placuit.

(1071) Mss. cum vulgatis *illi*. Correctionem facilem sensus præbuit. Mox *abeuntemque* ex ms. Frising. prætulimus lectioni vulgatæ *abeuntemque, qui*; et dein *reduxeris inquit*, pro *reduxeris, inquit*.

(1072) Sic idem codex Frising. Vulgati *suscitatus*. Construe autem: *Sciscitatus Dominus instantia jejuniorum, litaniarum, et eleemosynarum, respondit modo, quo ei placuit*, etc.

(1073) Ob relativum *quem* cum ms. Frising. emendavimus *episcopatu*, ubi vulg. *episcopio*. Idem vero codex ignorat voces *relicto quem invaserat*. Mox et eodem ms. *introivit*, editi *introit*.

(1074) Codex laudatus *Triremis*; et dein *illis obdormientibus ad aliud littus patriæ prope ignotæ*.

scivit (1075) ergo illa ætas, cum de fame, quam vir Domini patiebatur, ab eis fuisset edoctus, eis primum cibo reffectis, cumbam (1076) frumento onerari præcepit: sicque puerulis intus remissis, et statim somno nutu Dei correptis, ad aliam ripam nemine remigante [subauditur cumba] perducitur, et Dei famulus cum tota insula ab inediæ periculo liberatur. (1077) Populus præterea pastore frustratus suum cœpit requirere; sed quo abiisset nullum contigerat nosse. Quærentibus consilium affuit qui diceret, se audisse illum dicentem, quod nunquam reverteretur, nisi eum ille clinicus (1078) reduxisset. Inito itaque inter se consilio, clementia sui confisi pontificis, præceperunt in nomine 455 Domini ut surgeret, et post eum quantocius festinaret. Mirum dictu! surrexit, perrexit, Hierosolymis eum invenit, reduxit, receptus est, et in sede propria relocatus.

15. Æstimet qui valet expulsoris et expulsi quæ potiora fuerint merita. Ille pœnitentia sua angelos ad sibi auxiliandum, imo, loquar ut ita, famulandum coegit (1079). Iste paralyticum medium fecit transcurrere mundum. Sed cum tantum valeat pœnitentiæ perfectio; mirum quod clericatum, forsitan ut iste effectus fuerat, sancto decretum interdicat canonicum, cum nemo dignius fieri clericus possit videri, quam is cui per pœnitentiam sanctum (1080) contigerit fieri. Cui tale igitur aliquid, vel quiddam aliud ad vindictam tanti pertinens sceleris evenit, aut sponte sua ipse suorum est ultor facinorum, de eo nil post ejus dubito finem. Cui vero nihil in hoc sæculo incommodi contigisse considero, sentiat alter de illo quod valet: ego sententiæ illi performidolosæ inrixus, qua de talibus dicitur: *Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt* (Job. xxi, 13), illud Joannis apostoli convenire formido: *Est peccatum ad mortem, subaudi, usque perdurans, non pro eo dico, ut quis roget* (1 Joan. v, 16). Quare? Quia, ut beatus exponit Gregorius: *Jumenta in stercore suo computrescere est, carnales quosque in fœtore luxuriæ vitam finire* (l. xxiv Moral. c. 16): quod et de cæteris nil obstat sentiri sceleribus, quia dicente Domino, quod *qui perseveraverit*

(1075) Vulg. *Ut sivil, mendose. Construe: Cum ergo edoctus fuisset ab eis, ut ætas illa scivit edocere, de fame, quam vir Domini patiebatur, etc.*

(1076) Editi perperam *cubam*. *Cumbam* ex. ms. Frising. recte scripsimus: *cumba* enim idem est ac *oymba*, seu illa, quam antea *tricrem* vocavit. Vide Cangium V. *Cumba*.

(1077) Septem voces sequentes historiæ necessarias, quæ in vulgatis deerant, ex eodem ms. inseruimus.

(1078) *Clinicus*, ille scilicet pauper, quem antea *omnibus membris contractum*, et postea *paralyticum* vocat. *Clinicus* enim e Græco κλινῆ lectus, ille dicitur, qui ex quavis ægritudine, ex gr. paralyti, aut contractione membrorum in lecto detinetur. Vide exempla apud Cangium. Dein voces *post eum* desunt in cod. Frising.

(1079) Vulg., male *cocgerunt*. Post pauca Acherius cum nostro quoque codice *sancto decreto interdicat canonico*. Correctionem novi editoris Spicilegii A-

**A** *in bono, hic salvus erit* (Matth. xxiv, 13); ita econtra qui perseverat in malis, absque dubio perditus erit. Et miserum me! quomodo potest esse non perditus, de quo clamat Apostolus: *Iloc autem scitote, intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut avarus, quod est idolorum servitus, non habet hæreditatem in regno Christi et Dei* (Ephes. v, 5). Væ ergo, væ miseris nobis qui enim alii in ista sunt multitudine (1081), nisi, proh dolor! huiusmodi? Liquet enim quod omnis coitus illegalis aut fornicatio, aut adulterium sit. Lex autem nulla altaris ministris indulget conjugia; fornicatores vero isti immundi, vel avari, nulli sunt alii, nisi quibus evenit in iisdem flagitiis mori. Domino misericorditer promittente: *Quacunque hora peccator conversus fuerit et ingemuerit, salvus erit* (Ezech. xviii, 21): ecce consilium, ecce remedium 456 vestrum. Utinam tam facile existeret nostrum. De nobis enim Ezechielem prophetam quasi requirendo Dominus alloquitur, dicens: *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis* (Ezech. xv, 2? etc): quibus nil terribilius æstimare valet, qui, quod Gregorius indesinenter (1082) sentiat, novit. Quid igitur faciemus?

16. Oratiunculam quamdam in Psalteriis inveni quibusdam, quam si quotidie Domino funderemus, et cooperando impetrare, ut exaudiri mereremur pro viribus studeremus, profuisse nobis aliquid fideremus. Est autem huiusmodi: *Salva nos omnipotens Deus, et per merita et intercessionem sanctæ Dei genitricis Mariæ, omniumque sanctorum esto nobis propitius et clemens; concessaque venia præteritorum, da nobis deinceps velle, posse, et perficere quæ tibi placent, et nobis expediunt. Da nobis in tribulatione solatium, in persecutione auxilium, in omni tentatione virtutem. Da nobis de præteritis veniam, de præsentibus quoque malis emendationem, atque de futuris largiri nobis dignare custodiam. Per, etc.* Sed quid iterum agimus, fratres? Ecce nam contrarietas maxima rursus. Clamatur enim nobis: *Qui avertit aurem suam, me audiat legem, oratio ejus erit execrabilis* (Prov. xxviii, 9). Quanta autem hic sit inter nos hinc paret aversio (1083) legis, ut cum exprobrando

cheriani contextui et sensui necessariam libenter recepimus. Construe autem: *Mirum quod decretum canonicum interdicat clericatum sancto, ut iste forsitan effectus fuerat, cum nemo videri possit dignius fieri clericus quam is cui contigerit fieri sanctum per pœnitentiam.*

(1080) Ita cod. Frising. Mole in vulg. *sanctam*. Dein idem codex *ad vindictam tantam pertinens sceleris*. Tantum autem scelus invasionem episcopatus vocat.

(1081) Explica: Qui enim sunt in ista hominum multitudine, nisi homines, proh dolor! huiusmodi nempe fornicatores, immundi, avari. Perraro enim bonos esse sæpe monuit.

(1082) Ms. Frising. pro *indesinenter* habet *inle sentiat*; et dein pro *fideremus*.

(1083) Vulg. *adversio* et mox *exprobrando*; omittunt autem *dixerit*. Codicis Frisingensis emendationem et supplementum recepimus.

quondam Dominus dixerit : *Et erit sicut populus sic sacerdos*, nunc peiores multum sint sacerdotes nostri, proh dolor! quam populares (1034).

17. Tanta ergo interceptus consilii difficultate, consultores coactus requirere, nusquam dum nullum inveniam, pergere, ut dixi, satago Roman. Prosperet Dei pietas intentionem in hoc misericorditer meam. Plurimos vero vestrum compererim dum inde lætari, quasi non debeam isthuc unquam reverti;

(1084) *Populares*, id est laici, Populares enim hic opponuntur sacerdotibus et clericis : unde invaluit *clerus et populus*.

monere vos necessarium duco, ut mihi et vobis communem hanc noveritis fore omnimodis sortem, videlicet, ut si isthic præfinitum mihi est mori, non possim illic omnino defungi. Si vos illic vero debetis tempus concessum finire, hic nullo modo terminum vitæ possitis habere. Cujuscunque modi erga me vero animi sitis, commendo vos custodiæ divinæ, discendi (1085) amore coactus hinc abiens, pietatis.

(1085) Construe : *Abiens hinc coactus amore discendi, commendo vos custodiæ pietatis divinæ*.

## 457 OTTONIS I IMPERATORIS

(1086) PRIVILEGIUM

*Ratherio episcopo et Veronensi Ecclesie concessum.*

In nomine sanctæ et individue Trinitatis **HO** divina favente clementia imperator Augustus.

Noverit omnium fidelium nostrorum tam præsentium scilicet quam futurorum industria, interventu (1087) charissimi filii et equinomi nostri, concessisse nos Ecclesie Veronensi, cui clementia nostra imperiali, auctore Deo, Ratherius episcopus præsidere dignoscitur, ob amorem Dei et sanctæ Dei Genitricis sanctique Zenonis quidquid residuum est (1088) de eo, quod (1089) antecessores nostri antecessoribus ipsius ad portas duas civitatis pertinens contulerunt, unam scilicet quæ dicitur sancti Zenonis, alteram, quæ nomine sancti Firmi vocatur, cum teloneo de plaustis, et omni nobis ex eis debito redditu. Concedimus etiam, imo reddimusei mercatum in festivitate S. Zenonis, vel in ramis palmarum, sicut antecessores nostri eidem Ecclesie **458** concessisse narrantur. Concedimus etiam ei duas portiones de ripatico (1090), et ipsum ex integro ri-

(1086) Istud privilegium primus edidit Ughellius tom. V Italiæ sacræ, col. 735, nunc autem integrum et emendatius profertur ad normanum originalis, quod in Archivo Capituli cathedralis Veronensis Ecclesie custoditum, exacte transcriptum nobis exhibuit Bartholomæus Campagnola ejusdem Capituli olim cancellarius, nunc archipresbyter S. Cæcilie.

(1087) Indicatur interventus Ottonis filii, qui in Italiam veniens, paucos ante dies a patre Veronæ exceptus fuit.

(1088) Voces *quidquid residuum est* indicant alios aliquot redditus, qui ex duabus hic memoratis portis provenientes ad Ecclesiam Veronensem antea pertinebant, ab ea fuisse distractos, sicut alia multa distracta Ratherius in *Qualitatis conjectura* conqueritur.

(1078) Hinc elucet antiquitas telonei portarum civitatis episcopo concessi, cujus adhuc quædam reliquiæ eidem episcopatu obvenientes supersunt.

(1090) Ripaticum tributum est, quod ex ripis percipitur. Nota antiquam originem hujus ripatici, quod vel hodie episcopatu solvitur.

(1091) Portus scilicet, qui nunc una cum Leniaco unum oppidum conficit. De juribus, quæ episco-

paticum in castello, quod vocatur Portus (1091) : quidquid etiam antecessores nostri usque ad nostra tempora eidem Ecclesie contulerunt, et per præcepta firmaverunt, totum concedimus, atque isto præcepto firmamus. Omnem quoque publicam functionem a castellis ipsius, quæ nunc sunt, et in perpetuum ad eandem Ecclesiam pertinentia erunt, ita (1092) abscindimus ac removemus, ut nec comes, nec vicecomes, neque sculdascio potestatem ullam in eis manendi, vel aliquem gabeant distringendi : sed omnes in eis commanentes ita sub potestatem vel istius, vel illius, qui per successiones temporum jam dictæ Ecclesie præfuerint, maneat, ut nusquam eos distringere aliqua nostro subjecta licentiam habeat potestas ; sed si quid perperam vel a massariis (1093), vel a castellanis, vel a plectitiis, vel incensitis, vel a commo latis, vel **459** clericis, vel famulis ipsius fuerit actum, aut ab ipso, aut (1094) ministeriali ipsius sit juste et lega-

patus habebat in Portu, quid evenerit, vide documentum anni 1217 apud Ughellium tom. V, col. 822 et seqq.

(1092) Ex hoc loco manifestum est omnimodum jurisdictionem, et a gubernatoribus Veronensis civitatis independentem episcopatu fuisse concessam in omnia castella, seu pagos et vicos ad eum pertinentes : ex qua similis jurisdictionis in loca, quæ nunc ab eodem episcopatu possidentur, originem dimanare cognoscimus.

(1093) *Massarii* dicebantur qui prædia *massaritie* appellata colebant, quippe adhuc in quibusdam locis nobis finitimis vulgo *massari* vocantur. *Castellani*, id est castellorum incolæ. De *plectitiis* dicemus not. in *Judicatum*. *Incensiti*, id est rustici censui obnoxii, uti probat Cangius. Porro *commodum* pro stipendio, seu salario acceptum idem Cangius ostendit. Itaque *commodati* erant homines stipendio conducti.

(1094) *Ministeriales* vocabantur minores officiales regum, ducum, comitum, et dominorum feudaliū, seu villarum præfecti, quorum erat dominorum subditis jus dicere, eorumdemque dominorum jura procurare.